


2  
LVDOVICI CAMERARII  
I. G.

ALIORVMQVE  
EPISTOLÆ NVPER  
POST PVGNAM MARI-  
timam in Suedicâ nauî captâ  
Captæ  
A VICTORE POLONO.

*Anno millesimo, sexcentesimo, vigesimo  
sexto vergente.*



M. DC. XXVII.

2.

IN D. N. I. C. A. M. P. A. R. I. I.

ALIORVM QVE  
EPISTOLAE NYPER

POST PVGNAM MARI

lituaniam in suedicam capta

Capit.

Ann. 1657

A VICTORE POLONO.

editio altera, auctore, sigillatim  
revisita, et correcta.



M. DC. XXVII.



# AD LECTOREM.



AVD dubiè multis admirationi fuit diuturnū Camerarij, viri aliàs linguā impigri, silentiū, nam neq; amplius hostem ostensā publicitus acie la-cessit, neq; vltro prouocatus in arenam descendit. Interea tamen nulli fidem facit, natum ad bellum & seditiones ingeniū eius cōquiescere, pacémq; malle, quàm arma. Quid igitur homini negotiosissimo in latebris otij? Nunquam minùs otiosus est, quàm cūm feriantem se simulando ostendit. Quò eum pedes non ferunt, manibus proreptat, & scripturiente pennā terras orbis peruolat, nō vt Triptolemus curru ad telluris fœcunditatem, sed vt Phaëthon tædâ, ad incendia per Europam regnorum. Scio alicubi eum suam Mansuetudinē dilaudasse, pacémq; inter infauſta prælia clamitasse, ac pijsſima, pro patria quiete, verba locutum, vt qui Camerarium non noſceret, pacatum omnino ac prope innocentem crederet. Hic mos Calvinistis est, aliud fari, aliud facere, vt noceant. Quo in genere si dicam Camerarium principatum tenere, non fefel-



*Ad Lectorem.*

lero: Et tamen, vt vt occultus sit, vt vt arte vtatur, aduersam fortunam conatibus habet: dum se tectum putat, paret; semper enim aliquis sol emicat, qui insidiosas obscuri hominis tenebras dispellit pudendâq; luce orbis portentū orbi demonstrat. Quàm multa scripsit ante hoc crudele bellum, quibus bellum cōcitaret, vt occulerentur? Post Pragensē prælium non pauca reperta, & è caligine eruta cum infamiâ scriptoris æternâ. Neq; Heidelbergâ tanto suo alumno fidē integram seruauit, sed plurima prodidit, & proditorem patriæ, hoc est Imperij, demonstrauit Camerarium.

Verùm quid refert bis rubuisse Calvinisticâ frontem eius, cuius tota facies irâ & vindictâ flagrat? Piget bis fuisse malum; tertium pudoris color induatur, & indelebili ad posteros cerusâ inuerecundus vultus notetur. Quid enim ego parcerem homini in dies magis exitiabili? Si lubitum est perturbatori terrarū ferrum & ignes toties scribere in perniciem ciuium, Turcâmq; formidabile, execrabiléq; Patribus nomē in innoxia Christianitatis capita accersere; liceat & nobis iterum, iterumq; quicumq; patriam amamus, infensissimi hostis technas retexere, atque in publico

omnium



*Ad Lectorem*

omnium cōspectu interiorem dolosæ mentis aditū  
recludere, nullius probro, nisi conspecti. Nulli igno-  
tum est hodie, Poloniæ Regem inter & Gustauum  
diadematis Suedici vsurpatorem bellum auctore  
Camerario concitatum in Prussia fato excidijs desti-  
natâ, nisi Polonica virtus Gustauī, præcipitis iuuenis,  
furorē compescat. Multa per anni spatium inibi præ-  
lia terra, marīq; commissa; in cæteris vnū Sueco in-  
felix, Polono, captis aliquot liburnicis, nobile, quip-  
pe quæ victori prædam ferrent, & chartacearum ma-  
nubiarum partem, hoc est, scripta, tabulâsq; Caluini-  
starum ad Gustauum res bello gerentem missas. In  
ijs latuère Camerarij epistolę odio & liuore intra Me-  
garæ cancellos elaboratæ. Bonum factum! vt ve-  
nefica Siren non nobis solū sed etiam suis nosca-  
tur. Quis enim à Camerarij lingua, & exitiosis den-  
tibus integer? Quàm multo melle apud Danum ser-  
monem olim condijt, vt ambigentem ad pœniten-  
dā militiam pelliceret! iam tamen, positâ amici  
personâ, felle Lycambeo calamum tingit, atq; in Da-  
num fortuna destitutum quasi de plaustro Satyram  
consputat. Septem iam ferme annos in Holandia  
exul, & alienæ mēsæ adrosor, symbolam hospitibus,



*Ad Lectorem.*

altoribusq; suis soluit superbam & insolentem, homo dum beneficium accipit, blandus, cum accepit, ingratus.

Pauci enim Holandi Camerario sunt prudentes, pauci alicuius auctoritatis, pleriq; rei privatae cupidi; publicae incuriosi; murmurantes, seditiosi: scilicet dum Palatini desperatis rebus non student, dum se non exuunt, ut nudum Palatinum tegant; dum frustum panis, quod mordent ipsi, Palatino non porrigunt, comoda tantum sua sectantur, publico hostes sunt.

In Anglos quis Camerario animus? infensus; maximè in Ducem Buckinghamum, quem proditorè regni non appellat, sed facit: obsidet is certè bene suasuris Regi aditus; inspuit noxia consilia; Hispani partes agit; ministrum se Britanni profitetur, Hispani praestat.

Quid quod Camerarius & ipsi hero suo viuenti inferias facit ferales! hero, inquam, suo, quem tantoperè adhuc extulit; pro quo alienum regnum furatus est, quem prandentem alibi, canantemq; diu secutus, ne esuriret. Quis crederet tam fallax inesse viro pectus, ut de Principe etiam inter aduersa patrono, per tot annos verborum promulsidae demulso,



*Ad Lectorem.*

scribere auderet? *utinam esset in extrema Iaponia, aut alibi, unde negant redire quenquam.* Maeste animi grati Camerarij! Quid hoc est dicere? Agam tuo loco interpretem, Cuperem hêrdè (hic sensus est Camerarij) vt hodie Charon ad ripam Lethes lembum appelleret, traiceretque per atrium tenebris fluiuium Dominum meum, Plutoniq̃e contraderet, vt æternum maneret, vbi multus ignis, nulla lux est. *Byons Teutschen heisset es so vll Ich wolte das ihu der Teuffel holte.* Quod si fieret, sine dubio non rediret.

Vnus Gustauus regni alieni incubator Camerario Hercules & herus est; in hunc vnum laudibus fertur, pro hoc Diuis se facrat, & ardentissimas (vindicte flâma calfactas) preces ad Superos fundit, quòd partes exacti Palatini armis agat, & Borussiam omni belli clade diuexet secundis progressibus: vbi fortuna Gustauj mutauerit, non minus & illi illudet, quidquid tandem egerit improsperiore euentu, à quo omnia Camerarius metienda censet, præter seipsum, ne pessimus consultor habeatur in pessimis successibus. Abeat, abeat hic infauti fideris Nepos, & pro Domino suo in extremam concedat Iaponiam, aut eò, vnde negant redire quenquam, quemadmodum ex Holandiâ nemo redit Heidelbergam.

*Ad Lectorem.*

Ceterum Cameraj epistolis adijcere libuit oratiunculam Legati Gaborici ad Ordines Holandicos pestilentem, uti & epistolas & Ducis Megapolitani ad Gustauum & aliorum adiutore etiam Marte interceptas. Ut ex ijs æstimare possit, Lector, fidem humanam Calviniano contagio penitus violari & intercidere. Quanquam ex nonnullorum perfidia hoc consequimur, ut fraudem, quanti quanti ingenij velamine tectam, prendamus; nam quod Calvinistæ nobis dicunt, audimus; quæ non dicunt, intelligimus.

EPI



# I EPISTOLA I.

AD GVSTAVVM RERVVM

in Suedia potentem,

*S. P. SERENISSIME AC POTENTISSIME Rex, Domine Clementissime.*



V MMA cum veneratione, deuotissimo animo ante paucos dies accepi Sac.<sup>ae</sup> R.<sup>ae</sup> M.<sup>tas</sup> T.<sup>ae</sup> literas, scriptas ad me ex Castris ad Dirschauia a. d. 27. Iulij. Ex quibus de felicissimis eius progressibus, & quid M.<sup>tas</sup> T.<sup>a</sup> ab Ordinibus Generalibus huius confœderati Belgij à me impetrari cupiat, intellexi. Ad priores verò M.<sup>tas</sup> T.<sup>ae</sup> Tolemiti 4.<sup>a</sup> Iulij datas Responſionem ſubiectiſſimam meam, iam ad eam perueniſſe ſpero. Duplici via illam miſeram, & quidem Berlinium exemplum alterum, quod quo minus, curatum ſit, ille cui commendaueram illud, ſe excuſauit; petiitque ne in poſterum hoc onere ipſi velim accerſere periculum. Ad rem verò ipſam quod attinet, in quotidiana cum præcipuis ex Dominorum Ordinum Collegio conuerſatione haectenus ſemper ad mandata

*Epistola Camerarij*

S: R: M<sup>is</sup> Tuæ cunctos sermones meos direxi, & nunc acceptis fiduciarijs ad illos literis, ea quæ iam dudum acta, & proposita fuerunt, exactissimè repetij. Egerunt enim mecum semel atque iterum ex ipforum iussu certi Deputati, de toto negotio, sed cunctando & deliberando, hæctenus tempus teritur. Quid verò aut sperandum aut metuendum mihi esse videatur, arcanâ scripturâ Ill<sup>mo</sup> D<sup>no</sup> Cancellario literis meis nunc aperui. Nam ob interceptionis metum, sine notis aut characteribus, talia ad R<sup>am</sup> M<sup>tem</sup> T<sup>m</sup> referre mihi consultum visum non est. Ad alias igitur literas, & quas simul ad Dominum Saluium dedi me remittens, M<sup>is</sup> T. æ maximè ardua negotia, & continuas pro Repub. curas, prolixiore Epistola nolo interrumpere.

R. æ M. tuæ de cælo perennem felicitatem, & illustres triumphos, toto pectore vouens, quàm diutissimè eam viuere, ac valere comprecor, simul M. tuæ deuotissimo obsequio me commendo. Hæc Batauorum <sup>15</sup>/<sub>25</sub> Septembris, Anno 1626.

S: R: M<sup>is</sup> Tuæ

addictissimus Clientis

L. Camerarius I.C.

S.P.



## EPISTOLA II.

S. P. ILLVSTRIS AC  
GENEROSE DOMINE.

Gustau  
Gedeone

literas accepi 27. Iulij scriptas, &  
simul adiunctas Secretarij in quibus <sup>Camerario</sup> Iosepho

mandabatur, vt apud <sup>Olandos</sup> Venetos veteres propo-

sitiones renouaret, impetrarétque ab his conuenien-  
tia subsidia, tum vt illi <sup>T a n t i s c a n i s</sup> persua-

derent, vt Scipionis Africani desiderijs <sup>d e n e u</sup>

<sup>t r a l i t a t e</sup> satisfacerent. Vtrumque ab eo

factum sine mora, <sup>Olandis</sup> Venetis que demonstratum multis

rationibus accuratissimè, non Reipublicæ tantùm  
vniuersæ, sed ipsorum vel maximè interesse, vt omni

curam rem adeò necessariam vtilémq; incumbentem.

Collati itaque inuicem semel atque iterum sermones,  
sed deliberando & cunctando tempus extrahitur.

In posteriori quidem negotio, non adeò magnas  
difficultates animaduerte, quamuis sint, qui putent

Gustauum <sup>conditiones aliquo modo. <sup>g r a u i o r e s</sup></sup>  
Gedeonem <sup>3. 48. 79. 26. 33. 22. 73. 41. 107.</sup>

<sup>à C i u i t a t e</sup> exegisse. Sunt verò non pauci in

Collegio, quicum <sup>M e r c a t o r e s</sup> sunt, verentur

ne hoc <sup>h o r r e u m</sup> ipsis occludatur, atq; ita in-

tercipiatur priuata vtilitas. Quæ sanè proh dolor ferè

Cynosura est hoc loco in consilijs & actionibus. Pau-



ei qui publica priuatis præferant. Itaque in priori ma-  
 ximè negotio parum <sup>Gustauo</sup> polliceri possum: Immen-  
 so premuntur <sup>Gedeoni</sup> belli onere, & hoc anno incredi-  
 biles sumptus fecerunt, magna spe, inani conatu.  
 P r i n c e p s se affligit, quod <sup>P r i m o r d i a</sup>  
 11. 48. 88. 10. 119. 29. 50. 47. 71. 23. 93. 52. 39. 48. 58. 93. 19.  
 sui muneris in hac <sup>P r i m a</sup> expeditione successus  
 destituit. <sup>P l e b s</sup> murmurat, & ad seditionem pro-  
 na est. Accedunt alia <sup>t e r r a m a r i</sup> q; incom-  
 moda quæ animos exulcerant. De <sup>f a c t i o n i</sup>  
 4. 90. 59. 46. 28. 87. 70. 33.  
<sup>b u. s.</sup> internis sine <sup>h o r r o r e</sup> scribere nequeo.  
 60. 26. 14. 55. 94. 13. 73. 99. 48. 80.  
 Neque apparet vnde <sup>A r e o p a g i t a</sup> nunc <sup>P e c u n i a m</sup>  
 11. 89. 2. 23. 10. 93. 102. 9.  
 habere queant, cum neque à <sup>Anglo</sup> neque à <sup>Venetis</sup>  
<sup>Menelao</sup> Marco, ne-  
 que ab <sup>Ciuitatibus Hanseaticis</sup> vel <sup>o b o l u m</sup> amplius acci-  
 22. 61. 35. 8. 82. 9.  
 piant contra datam fidem, contra promissa & <sup>i c t a</sup>  
 33. 59. 15. 90.  
<sup>f o e d e r a</sup> Ex quo <sup>Olandi</sup> in id tantum incum-  
 4. 82. 29. 58. 41. 13. 19. <sup>A r e o p a g i t a</sup>  
 bunt, vt solummodo de sua defensione, non de alio-  
 rum salute sint solliciti. <sup>Camerarius</sup> in colloquijs inter alia  
<sup>Manfuetus</sup>  
 etiam hoc animaduertit, dubitare illos an <sup>Brandenburgicus</sup>  
<sup>Alexander</sup>  
 contra <sup>Polonos</sup> se cum <sup>Gustauo</sup> velit coniungere.  
<sup>Antonianos</sup> <sup>Scipiove Africano</sup>  
 Non enim <sup>Gaborem</sup> hos vlla ratione offensurum ex eius  
<sup>Spartacum</sup>  
 Legato <sup>Q u a d i o</sup> se pro certo intellexisse affirmant.  
 12. 35. 30. 3. 40. 87.  
 Præsupponunt etiam diuturnum <sup>h o c b e l l u m</sup>  
 66. 98. 2. 60. 20. 68. 8. 23. 69.  
 fore <sup>i n t e r</sup> <sup>Gustauum</sup> & <sup>Regem Poloniae</sup> Nam <sup>Polonos</sup>  
 21. 10. 75. 32. 48. <sup>Gedeonem</sup> <sup>Sosthenem</sup> <sup>Antonianos</sup> ob-  
 translata eius <sup>b e l l i a</sup> in sua viscera non facilè ad  
 14. 41. 58. 30.



c o n s i l i a p a c i s redituros esse. Sic Sci-  
 19. 99. 80. 47. 28. 53. 33. 30. 71. 31. 59. 28. 14.  
 p i o n e <sup>Gustavo</sup> in <sup>Liuania</sup> aut <sup>Polonia</sup> semper occupato, &  
<sup>Affricano</sup> <sup>Corfica</sup> <sup>Antonia</sup>  
<sup>Brandenburgico</sup> suas sibi rationes habente, cum <sup>Regem Poloniae</sup> of-  
<sup>Alexandro</sup> <sup>Primsislaum</sup> of-  
 fendere nolit, vt dictum est, difficilem ac lentam fore  
 restitutionem rerum in <sup>Germania</sup> per <sup>Poloniam</sup> Hæc talia  
<sup>Hungaria</sup> <sup>Antoniam</sup>  
 in discursibus animaduertere licet, sed expectanda  
 nobis erit solemnis responsio, quam simul atq; <sup>Camerarius</sup>  
<sup>Iosephus</sup>  
 accipiet, illicò transcribet. Conijcio <sup>Olandos</sup> rem reie-  
<sup>Vencros</sup>  
 cturos ad <sup>Anglum</sup> vt huius culpa excusent cessationem  
<sup>Menelaum</sup>  
 suam. Quo autem nunc loco cuncta sint in <sup>Anglia</sup> non  
<sup>Italia</sup>  
 dubito Agentem <sup>Gustavi</sup> qui in <sup>Londini</sup> est, diligenter ad  
<sup>Dauidis</sup> <sup>Cypro</sup>  
 Ill<sup>em</sup> Gens<sup>tem</sup> Tuam perscribere. Vno verbo sunt <sup>m i</sup>  
<sup>52. 28.</sup>  
<sup>ferrimidebet</sup> Rex Angliæ Regi Daniæ  
<sup>14. 80. 13. 73. 33. 9. 80. 62. 20. 61. 41. 15.</sup> <sup>Vcalegon</sup> <sup>Lentulo</sup> tres millio-  
 nes, vt vocant, <sup>Olandis</sup> ad minimum vnum, domi duos.  
<sup>Venetis</sup>  
<sup>Dano</sup> quidem promittit præteritorem <sup>S o l u t i o</sup>  
<sup>Vlyssi</sup> <sup>45. 87. 8. 26. 15. 80. 35.</sup>  
<sup>n e m</sup> sed in futurum recusat, quod hic arcanos <sup>i n</sup>  
<sup>10. 89. 69.</sup> <sup>21. 70.</sup>  
<sup>f o e d e r e</sup> articulos nondum omnino ratos ha-  
<sup>64. 22. 92. 58. 20. 13. 80.</sup>  
 buerit. Quamdiu apud <sup>Buckingham</sup> <sup>Anglum Dux c l a u u m</sup> te-  
<sup>Menelaum</sup> <sup>3. 28. 17. 59. 58. 19. 23. 98. 9.</sup>  
 net, nihil boni expectandum est. Si <sup>Regis Hispaniæ</sup> esset, non  
<sup>Minister Alciui</sup>  
 posset accuratiùs ad <sup>Hispanorum</sup> rationes cuncta dirigere.  
<sup>Tiphonis</sup>  
 Sed nolo in his immorari, quæ melius & rectius signi-  
 ficabit D. <sup>s p e n t i u s</sup> Interim agamus officium  
<sup>47. 50. 29. 10. 14. 33. 38. 47.</sup>  
 nostrum, vbi vbi & quantum possumus. Grata super-  
 ueniet quæ non sperabitur hora. Deus tamen secun-  
 det



det <sup>Gustavi</sup> <sup>Gedeonis</sup> conatus, & Reipublicæ seruet tam pretio-  
 sum caput, quod destinatum esse spero ad eius resti-  
 tutionem diuinitus. Legatus <sup>Gaborei</sup> <sup>Spartaci</sup> hodie discedet in  
 Angliam <sup>Siciliam</sup> profecturus, vltra mentem detentus fuit, & in  
 r e p e c u n i a r i a nihil tamen à <sup>Olandis</sup> <sup>Veneticis</sup> obti-  
 nuit. Metuo si ille acta resciscat, ne resiliat. Quod si  
 facit, perijt <sup>Mansfeldus</sup> <sup>Iuba.</sup> Qua de re ex Aula <sup>Imperatoris</sup> <sup>Seueri</sup> vt & alijs  
 de rebus diuersa scribunt, vti liquet ex chartis, quas  
 meis ad D. Saluium adiunxi. Italica scripsit Agens  
 Venetorum <sup>Lacedæmoniorum</sup> in illa Aula. Germanica Agens <sup>V i r</sup> <sup>16. 33. 73.</sup>  
 t e m b e r g i c u s. <sup>Dani c l a d e s m a g n a</sup> <sup>15. 20. 51. 1. 80. 12.</sup> <sup>Vlyffis 59. 8. 31. 63. 41. 14. 9. 30. 56. 10. 31</sup> fuit.  
 Precipitauit in loca iniquiora, & caruit exploratori-  
 bus. Res à <sup>Imperialibus</sup> <sup>Seuerianis</sup> in maius extolletur vbique, maxi-  
 mè vt <sup>Gaborem</sup> <sup>Spartacum</sup> contineant in amicitia, & <sup>Mansfeldij</sup> <sup>Ingurtha</sup> res ad  
 incertum redigant. <sup>Danus</sup> <sup>Lentulus</sup> meâ opinionione <sup>n e c c i</sup> <sup>10. 29. 59. 62. 21.</sup>  
 r o s e r e c o l l i g e r e <sup>n e c d i u</sup> <sup>15. 27. 14. 19.</sup> <sup>51. 32. 2. 58. 28. 26.</sup> consistere poterit.  
<sup>Ciuitates Hanseaticæ</sup> <sup>Graci</sup> ex metu Iulij <sup>Tyllij</sup> <sup>Vindicis</sup> imperatis satisfacient,  
 nisi viderint, alijs vtriusq; <sup>m a r i s</sup> <sup>52. 30. 13. 40. 47.</sup> maiorem curam  
 fore. Postularet sane necessitas, vt <sup>Gustaus Danus</sup> <sup>Olandi</sup> <sup>Angli</sup>  
 aliique quorum interest ea de re peculiare tempe-  
 stiuè Conuentus agerent. Hoc sapius <sup>Olandis</sup> <sup>Camerarius</sup>  
 instillat, sed parum promouet. In Aula <sup>Areopagitis</sup> <sup>Manfuetus</sup>  
 misera est facies, & optimus noster <sup>Friderici Comitis Palat.</sup> <sup>Andrea</sup>  
 ius cogitat de discessu, <sup>S t e r n f e l l</sup> <sup>45. 81. 10. 32. 48. 64. 20. 8. 58.</sup>



Sic <sup>c. o. m. e. s.</sup> <sub>59. 94. 9. 22. 14.</sub> vacuæ dominabitur Aulæ. Utinam ef-  
 fet in extrema Iaponia, aut alibi vnde negant redire  
 quenquam. Sed hæc arcano scribendi modo hæc-  
 tius.

## EPISTOLA III.

S. P. ILLVSTRIS AC  
 GÉNEROSE DOMINE.

**N**ELLVM adhuc responsum à Dominis Or-  
 dinibus extorquere potui, quamuis hoc  
 quotidie virgeam: Tenent lupum auribus.  
 Quidam ad Angliæ Regem totum negotium refer-  
 re volunt, vt coniunctim in eo procedant, eum ad  
 vtrosque illud spectare videatur. Scorsim etiam Or-  
 dines Batavos audire volunt, & tum perspecta horum  
 sententia, aliquid certi denique decernere. Sic tem-  
 ptus labitur, & præteribunt simul occasiones rei bene-  
 gerendæ. Dani clades, quæ sanè ingens fuit, adeò  
 Dominos Ordines perculit, vt etiam in consilijs de  
 suis rebus fluctuare incæperint. Volebat omnino  
 Princeps aliquid magni adhuc tentare, & de obsiden-  
 da Vesalia actum scio; sed infortunio Danico perce-  
 pro, non audent experiri fortunam, quam sibi quo-  
 que

que aduersam fore metuunt. Auxit timorem nouus rumor, Tillium prosequentem victoriam suam in terneceione deleuisse Exercitum Danicum, & ipsum Regem in eius potestatem venisse. Sed falsus hic fuit, & allatae mox literae, quibus significabatur, recollectisse Regem suas copias, hasque auctas accessione Administratoris Magdeburgensis, & Scoticis quibusdam Centurijs, vt lustrata fuerint xxi. millia militum. In locum occisi Fuxij successit Gerhardus Ranzouius senex. Quo pacto commissum fuerit circa Lutream praelium, ex adiuncta narratione liquet, quam vir bonus & rei bellicae peritus ad me ex Vrbe Brunsvicensi scripsit, qui ei interfuit. Verissimum me hercle esse Augusti dictum; Praelium nunquam suscipiendum, nisi cum maior emolumentum spes, quam damni metus ostenditur. Tot sane praecellosos Duces Rex amisit, vt non videam, vnde aut quomodo hanc iacturam resarcire possit. Nihil dum ad Dominos Ordines Rex scripsit, neminem huc misit, sic hi quoque lentiores sunt, vt aut moneant, aut iuuent. Adest adhuc Christianus Thomae Legatus, in priuata cum Rege Galliae controversia, quae Dominorum Ordinum arbitrio a partibus commissa est. Quamdiu hic fuit, nullas vnquam literas a Rege suo accepit,



pit, vt ignorantiffimus fit rerum, quæ geruntur in illo bello Saxonico. Quod profecto & Regis & Legati authoritatem minuit. Deum oro, vt maiora incommoda clementer auertat. Terrent me vestigia, Vtinam acceptum damnum felicitas S. R.<sup>æ</sup> M.<sup>tis</sup> in Borussia compenſet ! ſpero hanc morâ & cunctatione Polonicum exercitum conſumpturam, vt Ordines Boruffiæ ex belli tædio ad pacis conſilia Polonorum animos inflectant. Ego deſiderio literarum à vobis ex Borussia pene emorior, vt certò ſciam rerum ſucceſſus, de quibus varij varia, prout amant aut metuunt. Vellem Dantiſcum iam in S.<sup>æ</sup> R.<sup>æ</sup> M.<sup>tis</sup> poteſtate eſſet; ſic nullâ amplius conſultatione opus foret; de neutralitate, quam vocant illius Ciuitatis, & plerumque facta laudantur, quæ vt fiant, multi nollent. Sed de his pluribus vbi veſtras tandem accepero, quam πάντα ἐξ πάντων mihi referant.

Certum eſt Wallenſteinium mandata habuiſſe à Cæſare, vt exercitum transferret in Holfatiam. Mutata verò illa, poſtquam nuntiatum fuit S.<sup>m</sup> R.<sup>m</sup> M.<sup>tem</sup> veniſſe in Borussia, & copias ſuas cum Mansfeldio, ac Bethlemio Principe coniuncturam eſſe. Literæ ad me, quas ex ſuperiori Germania mitti in ſchedis ad Dominum Saluium miſſis, annotaui, ſcribuntur

C

à quo.

à quodam <sup>Gustavi</sup> <sup>Confiliafo</sup> <sup>Qui e s t i m</sup>  
<sup>Davidis</sup> 2. 22. 16. 14. 21. 8. 28. 13. 33. 27. <sup>20. 47. 15. 40. 51.</sup>  
 a u l a  
 19. 23. 53. 30. 16. 81. 48. 75. 32. 70. 1. 41. 73. 5. 88. 62. 93. <sup>Trillo</sup> <sup>Vindice</sup> <sup>Hoc monere</sup>  
 tè nouit, quæ geruntur à Iulio <sup>Trillo</sup> <sup>Vindice</sup> <sup>Hoc monere</sup>  
 volui. Ex Polonia, aut Borussia, vt olim, nunc nihil  
 accipio, ex causis nuper expressis. Ad alios tamen  
 huc perscriptum, fuisse apud Poloniæ Regem Lega-  
 tum Hispanicum, Sorientem Comitem, qui sui Re-  
 gis nomine quatuor petierit. I. Concedi ei portus  
 in Borussia, in quibus naues fabricare, & militem ha-  
 bere liceat suo sumptu, quibus vteretur, vt ipsi foret  
 commodum. II. Ne Poloni vllum amplius fru-  
 mentum paterentur deportati in has terras, Hispa-  
 num enim illud coëmpturum omne, vt transuehere-  
 tur in Hispaniam. III. Vt Cosacci stipendijs ab  
 Hispano acceptis bellum inferre Turcis pergerent.  
 IV. Vt primogenitus Regis vxorem duceret ex fami-  
 lia Austriaca. His petitis si Poloni satisfacerent, His-  
 panum siue milite, siue pecunijs adiuuatuos eos ef-  
 fe in bello, quod haberent cum Rege Sueciæ. Recu-  
 sarunt Poloni priora duo capita, in posterioribus ve-  
 rò facile assensum fuit. Sed nunc Deo sit laus, S. R.  
 M. <sup>tis</sup> res eo loco sunt, vt Hispani eiusmodi consilijs  
 carere possint. Nullum tamen dubium, Domum  
 Austriacam ad mare Balthicum semper desletere  
 suam.



suam intentionem, & de noua classe Hispanica iterum rumor exoritur, de cuius veritate inquiritur. Classis Britannica xxx.<sup>a</sup> Maiorum Nauium tandem exijt, quam sequentur X. Batauicæ, quæ tamen lentè progrediuntur. Non apparet quo fine hæc expeditio instituta sit, vt de feliciori, quam ante annum, exitu nihil mihi polliceri ausim. In Gallia inaudita conspiratio perturbauit omnia. Eius originem ab Hispanis & Iesuitis fluxisse, nullam mihi dubium. Voluerunt Regem de Solio deiectum, in Monasterium detrudere, atque in eius locum Fratrem eius substituere. Illum enim ad gubernacula Regni parùm idoneum, fauere etiam Hæreticis, hunc magis igneum, & Gallico ingenio præditum fælicius regnaturum esse. Hinc odia & turbæ & Principum captiuitates, quorum nonnulli elapsi, iam militem colligere dicuntur. Sic noui in illo regno motus metuendi sunt, quos semper Hispani quærunt, & expetunt. Sed nondum venerunt hæc septimanâ ex Gallia & Italia literæ, vt plura de his rebus scribere non liceat. Constantinopoli illæ allatæ sunt, sed nondum eas impetrare potui. Mittam igitur proximè. Hoc tamen mihi ex illis relatum, mutata in Aulâ Otrhomanicâ cuncta in melius, interfectis authoribus cædis, qua indignissimè prudentissimus se-

nex Cahimachanus, è medio sublatus fuit. Bethlenio Principi satisfactum ad cuncta sua petita, quæ nuper descripta transmissi, & Budensem atque Bofnensem Passas in Hungaria habituros exercitum, qui ad nutum Bethlenij præsto sit finitis iam xx. annorum inducijs cum Cæsare, ad alia de pace pacta Turcas non venturos, quod nolint crescere Domus Austriacæ potentiam. Hæc obiter. Cætera vt dixi proximè. Nunc Ill.<sup>mæ</sup> Gen.<sup>ti</sup> Tuæ deuoto obsequio me commendans, hanc quam felicissimè valere cupio. Scripsi *ως τελευτος*, loco consueto, Calendis Octobris, stilo loci Anno 1626.

Bauarus adhuc viuit, sed morbis fractus, fratri Alberto regimen vnà cum dignitate Electorali cedere voluit. Quod hunc recusasse magni animi foret, si verum esset.

EPISTOLA IV.

S. P. ILLVSTRIS AC  
GENEROSE DOMINE.



As mari transmittere Elbingam volui, si forte hæc viâ tutò ad Ill.<sup>rem</sup> Gen.<sup>tem</sup> Tuam peruenire queant. Singulis hæctenus septimanis



manis pro more meo ad illam scripsi; sed cum terrâ itinera ubique minus libera sint, idcirco de meis sæpe sum sollicitus. Nam vllas à me ex hoc loco ad Andream Guenfonium perlatas in Borussiam venisse hætenus rescire non potui. Itaque summo cum desiderio expecto, vt ex certo indicio hac sollicitudine liberer, semper autem exempla mearum Stocholmiam transmittere soleo, vt DD. Regni Consiliarijs, qui ibi manserunt, innotescant. Certè in fide diligentia & toto ad eò officio meo volente DEO nihil vquam desiderari patiar. Scribam autem nunc de quibusdam plenius, quod has ita me curaturum sperem, vt interceptionis periculo non sint futura obnoxia. Regem Daniæ minùs felici successu hoc bellum gesturum semper metui, nam ab initio statim cum in eius Castris fui, à nonnullis rei bellicæ peritis talia narrari audiui, quæ magnam mihi spem facere non potuerunt. Suo semper ingenio Rex vti solet, consuetus rectè monita spernere. Hinc & Dux Vimaricensis, & Fuxius tormentariæ rei Præfectus sæpe conuesti de hoc ad alios, & stipendiorum tardiorum solutionem ingentis aliquando mali originem futuram protestati sunt; Mortuo etiam Duce Christiano Brunsvicensi cuncta in peius lapsa, & militi hæc opinio in-

C 3

stilla-



stillata, siue imperitia Ducum, siue Regis vigore animi ex infelici cum equo casu valde imminuto, nihil rectè fieri, vt postularet magnitudo periculi. Qui autem errores commissi fuerint, cùm in persequendo Tillium tam longo à tutis receptaculis interuallo, relictâ etiam à tergo arce, ex qua annonæ totius subuectio intercepta ab hostibus fuit, tum in ipso commisso prælio ex narratione, quam de tota illa re nuper misi, intelligi potuit. Fatendum nihilominus est totius calamitatis fontem ex Anglia fluxisse, cùm contra pacta conuenta, & datam fidem Rex Daniæ tam indignè desertus fuit. Quæ autem infelicem illam pugnam mala secuta, & adhuc secutura sint, partim cum summo dolore omnium bonorum ante oculos sunt, partim facilè licet conijcere. Illico Dux Brunsvicensis deserto auunculo, & auocatis ab eius exercitu sibi subditis, in seruitutis conditiones à Tillio ipsi propositas consensit, quo facto totus ille ferè Ducatus in hostis potestatem venit, & Episcopatus Hildeshemensis præcipua eius portio Papatum recipere cogetur. Idem fiet mox de alijs in tota inferiori Saxoniâ Episcopatibus, & Rex simul Daniæ Bremensi & Ferdensi excidet. Quid nunc Hansaticæ Ciuitates facturæ sunt, vltro pacem, sic enim seruitutem vocant, & Cæsaris iugum



rugum amplectentur, & sic Visurgi & Albi præsidij  
 firmato utroque ipsi Oceano, & mari tandem Balthi-  
 co Austriaca potentia incumbet. Rex Daniæ, aut ar-  
 ma tandem deponere cogetur; aut satis habebit ad a-  
 gendum, ut Holsatiam & proprium Regnum defen-  
 dat. Nam audio eum Anstroutero Legato Danico de-  
 nuntiasse, nisi ex Anglia intra bimestre pecuniam ac-  
 cipiat, se relictâ causâ communi sibi prospecturum ef-  
 se quibuscunque rationibus. Hoc si faceret, & copias  
 suas dimitteret, his ad ipsos hostes confluentibus tota  
 repente moles, & in has Prouincias & fortè etiam in  
 S.<sup>iam</sup> R. M.<sup>tem</sup> in Borussiam deuolueretur, & interim  
 tamen, ut ad nos refertur, Regi Daniæ Mansfeldius  
 ex huius mandato in Silesia Vrbes, quas in suam pote-  
 statem redegit, ut sacramento se subiectionis obstrin-  
 gerent, curauit, an illas retenturus sit, cum in conspe-  
 ctu suo Episcopatus pro filiis acquisitos amittat, do-  
 cebit dies. Nunquam Reipub. parabitur securitas,  
 quamdiu illâ neglectâ utilitates priuatæ in consilijs &  
 actionibus primum locum tenent. Mansfeldium ve-  
 rò diu consistere posse mihi non fit verisimile, cum  
 destituatur neruo rerum gerendarum, neque ex Gallia  
 aut Anglia promissas pecunias accipiat, quod si Beth-  
 lemius quoque Princeps non progreditur cum fir-  
 ma

ma animi sententia de continuando bello sanè ne tutum quidem receptum Mansfeldius habere poterit, certè Cæsariani ab illo nihil sibi metuere, & hunc pro perditio aestimare videntur. Rusticos autem in Austria tumultuantes hæcenus magno cum supercilio contempserunt, à quibus tamen magnam stragem, semel atque iterum perpeffi sunt: fortè Deus per viles homines compescere vult insolentiam hostium, cum Principes non faciant officium, qui maximè debent, si vlla ipsis cura esset religionis & libertatis maiorum sanguine partæ.

Nunc Evangelici contra Evangelicos in bello Pontificijs focij sunt, ac si cum his conspirassent in communem perniciem & excidium. In Anglia verò ab vno superbo homine Rex iuuenis veluti captiuus tenetur, vt recta monentibus nullus ad ipsum accessus sit, aut si forte quid boni instillatum fuerit, ab isto subito ei iterum excutitur. Si Hispani iuratus minister esset, non posset vtiliorem ei nauare operam. Quæ Dominus Spensius ibi egerit, ipse procul dubio perscribet, pecunias Regi Daniæ ex fœdere promissas non tantum non soluerunt, sed iam etiam huius tabulas disputare ac in dubium vocare incipiunt. Instructâ enim classe magnis sumptibus, hac se Hispanos ab  
 ipsa



ipsa Danicâ diuertere, & siceo ipso ad promissa subsidia amplius non obligatos esse. Classis tamen ob consumptam inutili morâ annonam domum redijisse dicitur. Cæterum cum Rex Carolus tristem de auunculi clade accepisset nuntium, statim eius Legato auxilia, quâ viros, quâ pecuniam promisit, quam de plenitudine potestatis Regiæ, vti loquuntur, à subditis suis exacturus esset, sed hoc quàm incertum ac lentum negotium est. Atqui Regis Daniæ necessitas ac periculum præsentem opem postulat, Cætera & Dominum Spensium & Rusdorfium nostrum perscribere malo, ego enim præ indignatione, dolore, & metu de futuris commemorare non possum. Ea certè in Aula Regis nunc pecuniæ penuria est, quod Dux Parlamenti Conuocationem impediatur, vt sæpe in quotidianos usus desint necessaria. Rex verò Bohemiæ & Regina iam diu nihil ex Anglia acceperunt, quorum dura erit conditio, nisi Deus Regem M. Britanniæ ex præsentis seruitute reconciliato illi populo suo breui liberet. Quantum verò damni ex illa confusione Respublica accipiat, nullis verbis satis exprimi, nullis querelis satis deplorari potest. Ordines me hercle generales huius confœderati Belgij ob eam causam in consilijs adeò fluctuant, vt nec dum aliquid certi in negotio à S. R.



M.<sup>te</sup> Domino meo clementissimo mihi demandato ab ipsis extorquere possim. Indignè ferunt tam sanctè secum contracta fœdera insuper habita, & nulla in parte ad effectum perducta ad instantiam Regis sub restitutionis fide ultra decē centena millia pro Mansfeldio expenderunt, naues suas bellicas aliquoties Anglicis coniungere debuerunt, quo pacto maiores se expensas fecisse dicunt, quam ex ipso fœdere ab Anglis recipere potuissent. Idem dicunt de Gallo, cui suppeditata classe plus impenderint, quam ab illo vicissim consecuti fuerint. Militiautem Anglicano, qui est in castris Auriacis, se coactos esse stipendia soluere, cum à Rege ipsorum illa missa nunquam fuerint. Nec minor de Hanseaticis, quas vocant, Ciuitatibus querela, qui ex fœdere nihil vnquam huic Republicæ suppeditauerint, itaque illo non ita pridem finito, nullam ferè hîc eius rationem amplius haberi animaduerto. De Bethlemij Principis fide etiam dubitare eos animaduerto, atque ita parum spei in posterum, siue pro causa communi, siue etiam pro suo peculiari emolumento in exteris ponere. Regi Daniæ quid responsuri sint ad literas eius, nondum indagare possum. Putant enim se eius commodo facere, quod tempore satis iniquo, Princeps Auriacus in Castris cum exercitu per-



maneat, vt ita Hispani ad Rhenum retenti non possint Tillio suppetias mittere. Quamuis audiam in hunc præcipuè finem eos tam pedites quàm equites de nouo conscribere. Ferunt enim Tillium partem suarum copiarum Cæsari & Bauaro transmissurum in Hungariam, & contravictores Rusticos in Austriam. Sanè multus, magnusque mihi labor est, vt vbi vbi fluctuantes animos stabiliam, inculcémque vt Reip. potius quàm priuatorum incommodorum rationem habeant. De nullo quidem exterorum præclarius sentiunt, quàm de S. R. M.<sup>o</sup>, cuius sanè felicitate si læti successus nuntiantur, exultant, sed cum de subsidijs res rogetur, statim ex loco communi τῶν ἀδελφῶν se excusant, tanta belli mole, & sumptuum multitudine adeò se grauati, vt vix propriam salutem tueri possint, non etiam solos se multum præstituros nisi Rex Angliæ concurrat, imò præeat.

Sed hoc desperatum omnino esse, vt nunc sit status eius Regni, etsi verissima hæc sunt, & à me negari non possunt, non tamen intermitto, quin eos moneam, sæpe ex inopinato mutatas res in melius, contra spem in spem progrediendum, ad futurum Deum fortibus ausis, & satius esse tempestatem alioquin in horas præcipuè irruituram leui conatu, & mediocri im-



penſa, aliò auertere, quàm ea ſemel admiſſa longè maiorẽ rerum omnium iacturam facere, & ſi quæ alia mihi huius generis occurrũt. Sunt qui vellent extrema tentari, ſed maior pars meliorem vincit, & metus ſeditionis popularis præclara ſæpe conſilia impedit, cùm plebs varijs de cauſis exulcerata aliena ſit reddita ad nouas collationes, quod magnum eſt incommodũ in hac Rep. coniunctum cum ſummo periculo. In Anglia quidem vt Regem ad rectam viam reducere conetur Ruſdorſius ſeriò ipſi à Rege Bohemię mandatum, vtq; in negotio S. R. M<sup>tis</sup> ſe cum Domino Spensio coniungat, & ego ad vtrumque ſcribere in eandem ſententiam ſoleo. Verum ex ipſorum literis facilè animaduertere poſſum, non alio iacto fundamento, non expectanda meliora, atque ita diuinam duntaxat opem, non humanam induſtriam tantis malis remedium adferre poſſe. Imploremus igitur miſericordiam Altiffimi ne diutius patiatur, vt oppreſſoribus communis libertatis cuncta ex voto ſuccedant, vt fere factum eſt hæctenus. Hæc dum ſcribo, Voſbergius communicat mihi Amſterodamo ſcriptas literas, quibus nuntiatur, Dantiſco perlatum S. R. M.<sup>tem</sup> inſigni de Polonis victoriã potitum eſſe, cæſis hominum ad nouem millia, & Rege ipſo ac Principe difficulter elapſis.



plis. Ego ut toto pectore S. R. M.<sup>ti</sup> laetos semper successus è caelo voueo, sic cum de praelio aliquo audio, ex imis medullis cohorresco. Nam vel memoria claudis Pragensis, & nuperæ Danicæ me percellit, & quod hactenus fere toties, quoties læta sunt sparsa, mox subsecuti fuerint tristes nuntij. Non dubito S. R. M.<sup>tem</sup> pro summa sua prudentia, & rei bellicæ experientia nunquam se equitatu Polonico plus iusto numero obiecturam, aut longius à suis munimentis in planitiem cum periculo descensuram. Id quod ne vnquam faceret, Princeps Mauritijs gloriôsæ memoriæ sæpe monere solebat, verum cum norus mihi sit S. R. M.<sup>tis</sup> heroicus prorsus animi sublimis ardor, non possum non pro eius incolumitate semper esse sollicitus, nam in vna hac anima, quot millia animarum suam salutem habent? itaque quotidie ad Deum ardentissimas preces fundo, ut tueatur tantum principem ac heroem, ut pupillam oculi sui, eique continuas ab hostibus victorias largiri velit. Quid autem geratur in Borussia subinde me per literas ex S. R. M.<sup>tis</sup> Castris edoceri non bonum tantum sed necessarium factum fuerit, cum in dies à maleuolis studiosè spargantur aduersa, quibus salutaria ac fortiora consilia perturbent. Sed ad alia, pene oblitus fueram Regem Angliæ velle,

vt milites Angli, qui in Auriaci Principis Castris sunt,  
 ad Regem Danię proficiscantur, pollicitusque est Ro-  
 sencranzio Legato Danico, se alia quatuor millia illis  
 adiuncturum esse, verum si non simul cum illis mittit  
 aliquot mensium stipendia, sed apud auunculum non  
 minus quàm apud DD. Ordines antiquum tenet, ni-  
 hilleuaminis, sed plus oneris existis suppetijs Rex Da-  
 nię consecuturus esset. Legatus Anglicus extraordi-  
 narius D. Carletonius, qui apud Regem Gallię dimis-  
 sionem familię, quę cum Regina fuerat, excusare de-  
 buit, in ardentem febriam continuam cum dissenteria  
 coniunctam incidit, ita vt Regem nondum videre,  
 aut alloqui potuerit. Interim Passanpetra Legatus  
 nunc in Angliam venisse dicitur, qui procul dubio  
 grauissimas querelas adferet, nemo credit, Ducem be-  
 nę velle Regi suo, cum pene omnium Regum odia in  
 eius caput cumulet. Sed hæc ex Anglia ad vos perfe-  
 rentur rectius. Itaque hanc tandem Epistolam finio,  
 & te Vir Illustris ac Generose, de cuius beneuolentia  
 cuncta mihi polliceor, quàm optimè valere cupio.  
 Ex loco consueto Octobris Anno 1626.



## EPISTOLA V.

AMPLISSIMO ET CON-  
SULTISSIMO VIRO, DOMINO  
LVDOVICO CAMERARIO  
Iureconsulto S. P.



VMANISSIMÆ literæ tuæ datæ Hagæ Co-  
mitis x. Augusti gratissimè mihi acciderunt,  
cum quòd primitias nouæ cum tam eximio  
viro necessitudinis & amicitie attulerint, cum etiam  
quod Ser.<sup>m</sup> Regis Sueciæ erga me beneuolentiæ tes-  
tes fuerint, operam dabo, ne Sac.<sup>a</sup> R.<sup>a</sup> M.<sup>tas</sup> eius spe sua  
de mea in ipsam fide & obseruantia frustretur, quem-  
admodum nullam hactenus occasionem, quæ non  
semel sese in hac excelsa Porta obtulit promouendi ea,  
quæ ad commodum & salutem Regni Sueciæ specta-  
bant, prætermisi.

Quid utilitatis Reipub. nostræ Confoederati ex  
mea cura & diligentia aliquando ceperint, potius si-  
lentio sepultum, quàm vulgo notum cupio. Maie-  
statem Regis Sueciæ instinctu quodam peculiari ve-  
netor, & inter fidelissimos cultores eius collocari na-  
tura desidero. Hoc modestè de me dicam, non semel  
in arduis negotijs officio Legati pro maiestate eius  
functum esse, & in hac fulgida Portâ eiusdem immor-  
talem



talem gloriam & famam ita continuò celebrasse, ut nemo sit magnatum, qui non optet, & desideret, arctum inter potentissimum Ottomannici Imperij Monarcham, & S. R. M. suam fœdus sancienti, rationem inueniri posse.

Ser.<sup>mus</sup> Rex Bohemiæ in magna etiam apud Turcas existimatione habetur: si fortuna contra Persarum Regem fauentior fuisset, nihil non pro iusta M<sup>is</sup> eius defensione contra oppressores fecissent; Testantur id ipsum literæ ad Confœderatos nomine huius Imperatoris nuper missæ, & res, quæ nunc iussu eiusdem in Hungaria geruntur, de quibus multa in diuersis literis meis ad Senatum. Lubentianimo legiea, quæ Amp. tua de conatibus Ligæ Papisticæ (8 d x d 2 t d t x t o x 4 d 4 4 7 4 k d d 4 5 3) prudenter differit, res tota sic sese habet. Idem cum Ampl. tua sentio, & mentem ad eam rem intentam, & oculos fixos, eòque semper collimantes habeo. De quibus nunc prolixiorum cum Ampl. tua sermonem conferre, occupationes non permittunt. Ignoscat mihi, quod pauca ad te raptim, & tam abruptum literarij Colloquij nostri initium fecerim. Opera periti Secretarij destitutus, continua literarum in diuersas partes expeditione pene obruor. Valeas vir Amplissime, & ne in numero amicorum tuorum habeas.



habeas. Me totum Serenissimis Regibus (quibus in seruis) humillimè per te commendo. Data Constanti 12. Decembris. 1626.

Amplis. Tue

Ad omnia studia & officia paratissimus

Cornelius Haga.

Amplissimo & Consultissimo Viro, Domino Ludouico Camerario Icto, Ser.<sup>m</sup> Regis Sueciæ Consiliario, & Residenti apud Præpotentes Dominos Ordines Generales Confœderati Belgij.

Dem Durchleuchtigsten / Großmächtigen Fürsten / Herrn Gustauo Adolpho / der Reich Schweden / Gotten vnd Wenden Könige / Großfürsten in Sündlande / Herzogen zu Etsen / vnd Carelen / Herrn zu Ingermanland / u. d. Unsern freunds. vlt. geliebten Herrn Vettern vnd Genattern.

**D**urchleuchtigster / Großmächtigster König / Ewer Königl. Wärd. seyn meine besarrat willige Dienst / vnd was ich der nahen anuerwandtnuß nach / vermag / jederzeit zuuor / freundlicher geliebter Herr Vetter vnd Genatter. Ewer Königl. Wärd. werden verhoffentlich mein lehtes Schreiben / von dero Commissarien empfangen

E

gen



gen / jeko verhalte Ewer Königl.ichen Würden ich  
 freundlich nicht / daß die Königl. Würd. zu Denne-  
 marck vnser proposition / so ich Ewr. Königl. Würd.  
 ob wir wol vnumbgänglich darzu bewogen / ganz nit  
 wol hat auffgenommen / sondern sich erklärt / wir  
 möchten bey dem Kraißschluß verbleiben / vnd Sie  
 nit verlassen; Mein Bruder vnd ich sein zwar hiebe-  
 vor vmb einnehmung etlicher Reuter freundlich er-  
 sucht / wie wir aber vns damit zuuerschonen gebeten /  
 haben wir darauff keine resolution von Ihr R. W.  
 bekommen / sondern es erfolgt die einquartirung vns  
 vnersucht / vnd haben die Reuter vns vnd vnser Vn-  
 derthanen allberaits grossen schaden gethan / vnd  
 wofern wir nicht des ganzen Landes verderben ge-  
 statten wollen / müssen wir auch wider vnsern Quar-  
 tier geben. Der Zilli hat dise Quartirung ohne zweif-  
 fel erfahren / vnd nähret sich derowegen zu vnsern  
 Landen / auff jensett der Elben / hat er in der Chur  
 Brandenburg mit gewalt Quartier genommen / die  
 Grätte / so sein Volck nit einnehmen wollen / beschos-  
 sen / vnd also mit gewalt seinen willen geschafft / Ich  
 habe gestern Zeitung bekommen / daß er nit weit von  
 vnserm Lande über die Elbe ein Schiffbrucken zue-  
 schlagen solle im werck sein / wo das geschicht / kan er  
 in anderhalb Tagen im Lande sein / des Königs zu  
 Denne-



Dennewmarck Volck / so hieherumb liget / wirdt ihm geringen widerstand thun können / vnser samenliche Vnderthanen werden auch wenig helfen / das es also ein ansehen hat / als wann Holstain / vnd völig die Gron Dennewmarck / so wol als wir werden in grosser gefahr kōmen. Welches dann E. K. W. ich freundt: Vetterlich habe entdecken wollen / ob ihr etwan belieben möchten disem wesen nachzudencken / vnd wegen dero selbst eignen interesse etwa rath / vnd hülffe zuschaffen. Man sagt zwar von Gelbe / vnd Volck / so dem König in Dennewmarck auß Engelland vnd dem Niderlande solle zukōmen / Es wehret aber lange / vnd das gegentheil prosequiert die Victoria, wenn der König zu Dennewmarck vnser Vorschläge hette beliebt / möchte es villeicht zu vnsern besten gerathen vnd ihm selbst auch zuträglich gewesen sein / Von vns hat er sonst wenig hülffe / vnd wir nebenst ihm das Verderben zu erwarten.

Wann E. K. W. wie ich vor disem freundt: vnd dienslich gebetten / ein par Kriegsschiff in den Wismarischen Port schicken wolten / möchte man in der Vestung Pöle desto mehr versichert sein / Vnd mache ich mir die gewisse hoffnung / vnd zuversicht E. K. W. werd. werden nechst Gott / auch in disem meinem zustand nicht Rath vnd hilflos lassen / sondern bey



zeigern dieses / was ich mich zugetrösten haben soll  
 freund: Bitterlich erklären. Ich hab verlangen von  
 E. K. Würd. expedition, vnd deroselben glücklichen  
 success eigentlich wissenschaft zuhaben. Bitte dero:  
 wegen auch dienstlich E. K. W. wollen mich disfalls  
 freund: Bitterlich auifieren, solches bin ich vmb E.  
 K. W. eusserist vermögens zuerschulden obligiert,  
 vnd von herthen willig/ vnd thue Sie htemit Gottes  
 schutz vnd mich dero beharlichen fauor getrewlichst  
 empfelche/ Eiligist Swerin/den 31. Octobris 1626.

E. K. W.

gerewer dienstwilliger Vetter Vnd Genatter

*H. Frid. Herzog zu Meckelburg.*

Auß bengefägrer Copen des General Wachtmeisters des von Sla-  
 merstorff Schreibens haben E. K. W. den zustandt jenziger zeit droben in  
 Lande zusehen.

EPISTOLA VI.

DVCIS MEGAPOLI-  
 TANI AD SVECVM &c.

*Serenissime ac Potentissime Rex.*

S.<sup>r</sup> R.<sup>a</sup> Dignitati mea obsequia, & quæ propin-  
 quæ cognationis causâ debeo, promptissimè defero.  
 Amantissime Domine Cognate, ac Compater.

Spero



Spero S.<sup>am</sup> R.<sup>am</sup> Dignitatem à Commissarijs suis  
meas postremas literas accepisse, nostrumque pro eo  
tempore statum intellexisse. Iam verò S.<sup>am</sup> R.<sup>am</sup>  
Dignitatem amicè celatam non volo, Regem Da-  
niæ propositionem nostram, cui R.<sup>a</sup> vestra Digni-  
tas necessariò inclinata fuit, ægrè accepisse, declarasse-  
que suæ voluntatis esse, vt Conclusionibus Circuli ste-  
mus, neque ab ijs discedamus. A me, fratreque meo  
quidè postulatum est, vt aliquot equitum præsidia re-  
ciperemus, sed etsi deprecari fuerimus, nullam tamen  
ab eius R.<sup>a</sup> Dignitate resolutionem accepimus. Inte-  
rea equites inducti, nobis non ampliùs interrogatis,  
qui de facto, nobis, nostrisque subditis non medio-  
cre damnum intulere, & nisi nos, nostramque Pro-  
uinciam perdere velimus, tolerandi sunt omnino  
equites. Tillio haud dubiè de his præsidijs significa-  
tum, eaque propter ad ripam Albis nobis aduersam  
propinquat; Brandenburgensique ditiori vi præsi-  
dia imposuit, Ciuitates, quæ milites ipsius recipere  
nolebant, tormentis bellicis oppugnauit, atque ita vi  
factâ propositum suum obtinuit. Heri inter alia no-  
ua accepi, eum ad Albim non procul à Prouincia no-  
stra pontem naualem moliri. Quod si fiat, intra ses-  
quidiem in Prouincia nostra esse poterit; Danicus mi-  
les hîc collocatus difficulter ei resistet, omnesque no-



stri subditi parum quoque adiuuabunt, ita vt omnino conijcere liceat Holsatiam & Danicam Coronam, æquè ac nos periclitaturam. Quod R. V. D.<sup>ti</sup> pro amicitia & cognatione nostra aperire volui, vt si fortè dignaretur rem aliùs considerare, ac etiam propter suum proprium interesse nos consilio & auxilio iuuare. Fertur quidem pecuniam ac militem ex Anglia & Belgio Regi Dano submissum iri, sed adhuc nihil apparet: & aduersa pars prosequitur Victoriã. Si Rex Daniæ consilia nostra secutus fuisset, res fortasse optimè cessisset, atque etiam ipsi non inutilia fuissent. A nobis parum auxiliij sperare potest, & nos iuxta cum illo interitum comunẽ formidamus. Timeo enim nos breui sedem belli in finibus nostris habituros, & nobis ipsis vix hinc locum fore. Si R. V. D.<sup>tas</sup> sicuti eam antehac amicè, officiosèque rogauit, duas belli classes ad Wisemarchiensem portum mitteret, in munitione Pöleni essemus securiores. Certa ego spe fruor, confidòque R. V. D.<sup>tem</sup> post Deum mihi in hoc periculo consilio, subsidiòque adfuturam; & per hunc Nuntium, quid in hac re sperare possim, amicè significaturum. Desidero de R. V. D.<sup>tas</sup> expeditione, eiusdemque prospero successu certior fieri, & rogo officiosè, dignetur id mihi significare. Quod pro viribus lubens volens compensare studebo. Atque hisce illam diuinæ protectioni,

ni,



ni, me verè illius constanti favori admodum diligenter commendo. Datae velocissimè Sweringæ, 31.

Octob. 1626.

*R. V. D.*

*Fidus & obsequiosus Cognatus & Compater.*

Adam Fridericus Dux Me-  
gapolitanus.

Ex adiuncta literarum Copia Generalis Vigiliarum Praefecti Slammersdorfij R. V. Dig.<sup>tas</sup> huius temporis statum, & quid superioribus in partibus per terram fiat, cognoscet.

Serenissimo ac Potentissimo Principi, Domino Gustavo Adolpho Regnorum Suediæ, Gottiæ, & Wandaliaë Regi, magno Principi in Findlandia &c.

EPISTOLA VII.

PRINCIPIS TRANSYL-  
VANIAE AD REGEM MAGNAE  
Britanniaë.

*Serenissime Rex.*



VM haud in vltimis necessarium, & è re communi maxime idoneum arbitrati fuisset, ut hoc tempore quis rerum nostrarum status,

tus, quive hostiū contra nos instituti conatus sint Regiam Ser.<sup>tem</sup> V.<sup>ram</sup> de his edoceremus: Longè commodius tamen putauimus per præsentium Latorem Ill.<sup>um</sup> Ernestū Principem & Comitē Mansfeldiæ, Marchionem de Castel nouo & de Boutigliere, Dominum in Holdrungen, exercitus confœderatorum Principum Generalem, amicum nobis dilectum, qui grauibus, necessariisque de causis, hinc relicto ad tempus exercitu, profectioem hoc tempore instituendam voluit, Regia S.<sup>tas</sup> V.<sup>ra</sup> intelligeret. Cuius cum persona, regia oblatio, quam & per maximi nominis Legatos suos Hagæ Comitē existentes & etiam per continuum Oratorem in Aula Ottomannica residentem, nobis sæpius factam voluit, tanti apud nos ponderis extiterit, vt posthabito omni grauissimorum sumptuum, vitæq; ipsius discrimine, communem causam pro virili promouere, hostiūque vires auertere intenderimus, illud quo pacto à nobis effectum sit, tam S.<sup>mum</sup> Regem Daniæ, quàm alios causæ communi adherentes hætenus non minimo suo emolumento sensisse arbitramur, ita vt maxima pars exercitus hostilis, ex Imperij Romani regionibus contra nos educta, hîc iam sedem belli fixerit, infensusque in nos animus, nihil nisi vltimam belli cladem, gentisque nostræ excidium meditetur. Quæ cum ita sint, Reg. S.<sup>tem</sup> V.<sup>am</sup> vehementer-



hementer obtestamur, summóque studio rogatam volumus, vt in id laudabile gentium libertatis propositum, omnes Regiæ suæ voluntatis actiones eo pacto conuertendas velit, vt maxima pars nominis sui cum laude, constans eius institutum, ab omnibus agnosci, hostiúmque conatus & infensæ tam erga Regiam Ser.<sup>tem V. an.</sup> quàm etiam omnes, huic negotio adhærentes, voluntatis odium salutaribus medijs auerti possit.

Quod cum de eius constanti studio, regisq; virtutibus certo speremus, ita nobis, qui jam periculo, & incerto bellorum discrimine propinquiore hostium arma in nos conuertimus, Regiam Ser.<sup>tem V. an.</sup> cuius existimationi commodisque id maximè interest, haud defuturum pollicemur.

Reliqua in rem præsentem necessaria cum dictum Dominum Comitem nomine etiam nostro relaturum sciamus, vt ijs Regia Ser.<sup>tas V. a</sup> fidem adhibendam, voluntatisque suæ Regium affectum erga nos declarandum velit, vt eandem rogatam volumus, ita post delata omnis propensissimi affectus nostri argumenta vitam felicem, & diurnam, secundissimósq; rerum omnium successus exoptamus,

F

Datum

Datum in Castris nostris ad oppidum Bars positis die  
4. Nouembris 1626.

Reg.<sup>a</sup> M.<sup>is</sup> Ur<sup>a</sup>

Ex Mandato Serenissimi Principis & Dñi Dñi  
Clementissimi

Stephanus Kroncachoh Cancell.

*Substitutus Legatus*

Oratio Gab. Leg. ad Baianos.

ILLVSTRISSIMI AC  
PRÆPOTENTES CONFOEDE-  
rati Belgij Ordines Domini obser-  
uantissimi.



Quo tempore Sereniss. Sacr. Rom. Imp. ac Re-  
gni Transyluanie Princeps Dominus meus  
Clement.<sup>iss</sup> ad hoc sublime, Regiumque fasti-  
gium à Deo euectus est, nihil quicquam prius,  
nihil antiquius habuit, quàm vt languenti Reip. Christia-  
næ inferuire, oppressis, ac sub iugum miserè redactis substi-  
dio & auxilio esse possit.

Maiores enim ipsius cum ex libero populo oriundi,  
sua Ser.<sup>mp</sup> etiam Cels.<sup>do</sup> in libero regno nata, & educata ab  
ipso supremo Numine naturæ suæ Ser.<sup>is</sup> vel insitus singu-  
laris paternæ, ac sanguine maiorum partæ libertatis amor,  
vt hinc earum gentium vices non possit non dolere, imò  
pro viribus eas ope & consilio iuuare, quæ Patrum ac ma-  
iorum laboribus acquisita in libertate molestiam, & iniu-  
riam



riam indignè pati coguntur. Cuius eximia voluntatis ipsa facta, diuersa q̄; in hunc finem suscepta ipsius ac nota expeditiones testimonium perhibere poterunt. Et præsertim itaque Europæ statum cum sæpius animo reuoluit, vniuersæ regnatricis domus astu, & ambitione tam varijs casibus plenum, prælijs atrocem, seditionibus discordem ipsa etiam pace sæuum animaduertat. Et omnia hoc fine, vt Regibus, Principibus, cæterisque liberis populis sub iugum intolerandum missis, vniuersalem illam, quam tandem in animo concepit, in familiã suã tandem constituat Monarchiam. Initio nunc facto si fas est dicere ab ipso Særo Rom. Germaniæ Imperio.

Huius enim, pro dolor, quæ est facies? quis Regionum habitus? quis Procerum, Principumque status? liberæ ditiones & Prouinciæ quam plurimæ vni domui Austriacæ subiugata, plurimæ depopulationibus & incendijs deuastata, reliquæ calliditate & insidiosæ pacis, ocique libertate captæ, ad libidinem & seruitutem paratæ, Proceres, alij bonis & ditionibus exuti, in exilium missi, alij belli injuriã ad extrema redacti, cæteri, qui vel tempestatis inclementiam, subiugationisque sæuitiam vti quàm paucissimi effugere, ita illius potentia metu & terrore sunt fracti, vt vix hiscere audeant: In summã nihil præter antiquæ libertatis, Imperiique iurium & Majestatis varia nomina, & omnium eorum vmbra Statibus & Imperij columnis reliquum. Et hoc quidem à nouo Principatu prudenter ad exemplum Augusti & Tiberij astutiã & Ibericã calliditate imitatũ. Verum cum adoleuerit, erumpet & nemine aduersante paulatim insurget, & quidquid hactenus intactum, munia Senatus, Magistratum, Legum, Principum & Electorum in se palam trahere, & victam armis libertatem in dominationem vertere non intermitteret.

Subactã autem Germaniã, conuulso hoc Imperio,



perio, & tanto robore auctæ Austriæ vires, quid Galliæ? quid Britannæ? quid Daniæ Regnis quid ceteris vicinis, quid denique & in primis vestræ inclytæ Reip.<sup>a</sup> discriminis id allaturum putamus? Certè hæc tantorum annorum virtute, & industriâ maiorum coalita compages conuelli vel sub vnius absoluto dominatu redigi sine vicinorum exitio non potest. Hunc itaque concussi Orbis motum, Imperiique ruinam, & ex hæc omnium vicinorum certum periculum, cum Ser.<sup>ma</sup> sua Cels.<sup>do</sup> secum considerat, & imminente tanto malo remedium cum exquirat, nullum aptius, salubriusque inueniri, adhiberi que posse existimat, quam vt omnes, qui tantum in immensum vnius crescentis potentiam merito suspectam habent, exemplum Hispani, Austriacorum imitantes consilia, vires, & opes consocient, & sese in sui suorumque amicorum & oppressorum mutuam defensionem inuiolabili fœdere ac nexu colligent, commune periculum, communem hostem concordia, communibusque viribus submotieant, singuli enim vt hæcenus dum pugnant omnes victos iri nullum esse dubium.

Et in hunc finem Ser.<sup>mus</sup> Princeps meus cum huic communi negotio, vt sua etiam ope assistere velit, sapius esset interpellatus, me præterito anno ad Ser.<sup>mos</sup> Bohemiæ, Daniæ, Sueciæ Reges & Brandenburgicum Electorem, ablegauerat, inscius tamen quod in hoc salutari consilio à dictis Regibus cogitationes ipsius essent præuentæ, & conuentum ob id Hagæ Comitum indictum.

Itaque ex relatione mea & resolutione à Sereniss. Regum, Ill.<sup>rum</sup> q; Vestrarum Ordinum Legatis, & deputatis hic Hagæ tum temporis mihi datâ, summamque omnium beneuolentiam, singulare studium, confidentiam, & in se affectum, fœdusque cum Ser.<sup>ma</sup> sua Cel.<sup>ne</sup> inire, & propositis tunc à me conditionibus Confœderationem illam recipere



cipere desiderabant, grato admodum animo percepit. Cum autem tum ob vtriusque partis mandatorum plenipotentiaëque tabularum defectus, tum propter Ioannis Rurgesci Serenissimi Regis Suëciæ Residentis ex hac Vita discessum negotium ad optatum finem perducere non posset. Et hisce alijsque de causis nouam Conuentus diem nimirum 20. elapsi Mensis Martij eodem in loco indicere necessarium dicti Legati existimauerint. Serenissima etiam Celitudo eius vt Legatū sufficienti cum mandato & instructione, quo cum agi concludiq; omnia possint eo ablegare velint petierunt. Id Ser.<sup>ma</sup> sua Cel.<sup>do</sup> grate agnouit, indeq; agnouit quanti personam eius confœderati faciant diiudicans, summas cum cæteris, tum vobis Illustriss, ac Potentes Vnitarum Prouinciarum Belgij ordines pro hac vestra in Serenitatem suã propensa voluntate gratias habet, suãque studia & sinceri animi reciprocam voluntatem cum propensissimis in Remp. vestram remque communem officijs per me vobis offert. Valdè sibi gratulans, ac partem suã felicitatis existimans hac tempestate tam propitiam commoditatem, occasionemque sibi oblatam, quã cupiti sui, voti que diu desiderati compotem se fieri posse videat, & cum inelytã ac totius Orbis facile celeberrimæ Reip. prudentissimis Senatoribus, & Statibus notitiam & amicitiam inire foedusque tractare possint.

Nihilque magis desiderauit sua Ser.<sup>tas</sup>, quam vt statuto tempore quispiam è suis huc redire potuisset, verum tum nuptiarum solennia multaque suã Ser.<sup>tas</sup> negotia, tum ingens locorum terrarumque distantia, & euidentis interceptionis periculū, euitandi rationes moram hanc iniungere, & ad dictum diem redeundi nõ fat temporis dedere.

Ne tamen quidquam in se Ser.<sup>ma</sup> sua Celitudo desiderari pateretur, & præclarum in rem communem totius Orbis Christiani affectum singularemque suam eã in re



voluntatem palam testaretur, haud prætermittendum putauit, personam meam cum sufficienti mandato ad vos Illustrissimos Ordines ablegare, vt si quid deliberationes & publica consilia iuuare posset, quilibet suæ Ser.<sup>ties</sup> pro salute communi extrema etiam obeundi promptitudinem re ipsa deprehenderet. Quod etiam eò euidentius apparet, & quod licet Ser.<sup>niss.</sup> Celsit. suã ab hac confæderatione præterita tempora & successus, cæteraque incommoda, plurimæ etiam æquissimæq; rationes maximè & meritò absterere possent, quas hic ad longum enarrare superuacuum, duco, & quisquis status Transyluaniae moderari non ignarus, neutiquam illas inficias ibit, ita Ser.<sup>ma</sup> sua Celsitudo alta pace in florētissimo suo Regno, cæterisque Prouincijs fruens, Deo inprimis, & tanto Monarchâ, quem qui viribus hisce nostris æquet, reperiatur nemo, protectorib<sup>9</sup>, horum bellorū finem & exitum expectare quietè posset.

Inprimis etiam cum ex hac coniunctione parum utilitatis & securitatis tam in suam personam, quam ditiones redundare possit, vtpotè confæderatis maximis terrarum, marisque spatijs à sua Ser.<sup>te</sup> Prouincijsque remotis periculo aliquando imminente, quod hoc fædere necessariò in se suãsq; ditiones prouocat eidem vel fero vel nunquam auxilio esse possint.

Tamen ne vnus domus insolentiã & factio, summa, imis, diuina humanis confundantur, pro communi orbis Christiani salute & libertate, amicorūque oppressorum defensione, omnibus incommodis, proprijsque periculis, postpositis, minimè illis defuturum sed se operam suam, & vires, libentissimo animo Patriæ causa impensurū promittit, & pollicetur, admissis eis, quæ antea à me proposita fuerunt, conditionibus. Quibus vt etiamnum Ser.<sup>ma</sup> sua Celsit. inhæreat, tum rationes æquissimæ tum maxima, plurimæque rerum incommoda suadent.



Et primo ut absque sufficienti initio fundamento hoc est aliquod potentissimorum & primariorum Europæ Regum & Principum, Rerum publicarumque belli tam inferendi, quam sustinendi, confederatione res tanti momenti & periculi aggrediatur, persuadendi causas nullas esse putat, sed commune periculum communibus viribus propulsandum arbitratur.

Itaque ultra, modo confederatos, etiam Christianiss. Galliarum Regem, Sereniss. Sabaudia Ducem, Veneto-rumque Remp. huic foederi, ut se jungant, milite & pecunia in commune collata hoc publicum commodum pro viribus promoveant, serio inuitandos esse aut illud facere si grauentur, saltem eo inducendos, ut in Italia bellum continuent, neque hostium vires inde egredi patiantur. In primis etiam illa, quae nuper de solenni confederatorum legatione ad Portam Ottomanicam instituenda, Imperatorique in partes nostras omni conatu, & viribus protrahendo ut Confederatis proponerem, Ser.<sup>ma</sup> sua Cels.<sup>do</sup> in mandatis mihi dederat, hinc ut nunc denuo repeterem, serio mihi iniungere pro singulari suo in Remp. ardore & vigilantia praeterire nullo modo potuit. Et si unquam utilem, & necessariam illam iudicauerit, nunc utilissimam, summamque necessariam iudicet.

Etenim cum suae Ser.<sup>ma</sup> per homines secretos, ac fide dignos, tam Viennam, quam Constantinopoli iteratis vicibus innotuerit, Domum Austrio-Hispanicam, considerata imminentium periculorum magnitudine, modis omnibus anniti, ut potentissimam gentem Ottomanicam in partes suas pertrahant, & venales Viziros miram calliditate ad libidines suas disponant,

Nunc etsi Ser.<sup>ma</sup> sua Cels.<sup>do</sup> non omni auram moueatur, leuibusque rumusculis, fidem adhibeat, diligentius tamen inuestiganti & consideranti quos sub hac coniunctione



Domus Austriae, sibi fines habere, qui partium nostrarum Regibus, infinita mala hinc procreari possint, de ipsâ Germaniâ, totiûsque Christiani Orbis destructione, non iniusta sollicitudô mentem eius subijt.

Nam cum nostris temporibus nemo reperitur, qui Turcâ viribus æquet, ac tam numerofo milite, aliisq; ad bella necessarijs Austriacorum fines potentius inuadere, aut etiam Regum nostrorum conatus impedire, & vt adiunctus Socius vel aduersus, grande momentum rebus adferre possit, nullum est dubium, quin Domus Austriae validum Principem, arctiori amicitia ac fœdere sibi deuincire velit, vt Regna semper ferro, flammisq; exposita, à tam potente hoste, tuta reddat, ipsiûsque tela in suos aduersarios vibret ac detorqueat.

Nec à verò quidquam abhorret, Cæsarem Catholicum & afflicti Orbis Christiani caput, tali modo crudeliter in propria membra desauire. Cum toti mundo constet, quàm grauer non ita pridem, de clandestinis Ferdinandi cum Domo Ottomanicâ consilijs Regni Poloniae status conquesti sint. Cui accedit, quod ante paucos menses, fama percrebuit, etiam Hispaniarum Regem hactenus de Sere sua, & acerrimo contra infideles odio, magnifica iactare solitum, cum Musulmanis nuncin comunis Evangelicæ rei exitum tractare, pacemque emendicare. Quod eò credibilius est, quò gentis Ibericæ vsu probatum axioma clarius innotuit. Nihil turpe, si conseruandæ dominationi conducatur, Imperiûmque ruentis, molem sustentet. Ultra quod Pontificijs Principibus aliàs solenne sit, vt in extremâ necessitate Paganorum auxilium promptè admodum implorent, quod Papas Aragonis fecisse liquidò constat.

Vnde inprimis necessarium est, vt emolumenta, quæ ex inito cum Turcis fœdere ad Austriacam Domum redundant,



fundat, accuratè ponderem<sup>9</sup>, & tã publici discriminis magnitudinè, metiri, quàm periculi nostri causas inuestigare non præmittamus. Nam apud peritos rerù, extra dubiũ est, pace inter Cæsarem & Ottomanicã gentem stabilitã, Ungariã, vtramq; Austriam, Carinthiam, Stiriam, Carniolam, Bohemiam, item Morauiam & Silesiã semper tutas, ac pacatas; simulq; bello in Regnis nostris accendendo fomité, alendo materiã fore, cum turbato statu ipsa Vienna, cor, ac sedes Cæsaris parum securo, & magna auri copia, ingens militũ numerus, ac omnis consiliorũ actionumq; vis contra Turcas vertenda, & suo proprio Austriacorũ patrimonio hostis adeo potens & immanis arceus sit, Vt præteamus quod non Musulmanorũ gens Romano Imperio, ceterisque Regibus & Principibus tot horrendis factionibus diuisis præstare valeat, præsertim si fato permittente Austriaci nobiscũ aliquando infelicitè pugnarèt, & appropinquãte tã diuturnæ Dominationis periodo, finè ac interitũ familiæ suæ ante oculos haberent, & sic in desperationem acti ruinæ suæ totius Orbis Christiani exitio parètari velint. Quã ipsã rabie, Hungariæ Regnum maiori ex parte amissũ, & Trapezũtini Imperij magnitudo tãdè prostrata.

Accedit ad hæc quod prudèter animaduertendũ, pactã confederatione cũ Domo Ottomanicã inelytæ vnionis fœdus ex parte concussum iri. Dubio n. procul, Veneta tunc Respublica amicitia nostra abstinere, ac Ser<sup>mum</sup> Transyluaniæ Principè ab hac cõiunctione dehortari nõ intermitteret. Hispanorũ quoq; littora sua classe infestare desinet, maritimisq; viribus nos oppugnabit. Quibus omnibus accuratè obseruatũ, nullũ aliud tãti mali remediũ esse, sua Ser<sup>tas</sup> putat, quàm vt Austriacos cõsiliij celeritate pueniamus, eosq; qui in Porta Ottomanica, ad clauum verũ sedent, quàm maximè nobis addictos reddamus, & sic fœdus quo aduersarij partibus nostris exitiũ intètare student, legitimo modo præ-



do præoccupemus, ac in propriam ipsorum pernitiè ver-  
tamus. Et licet bello Asiatico hoc tempore Turcam occu-  
patū esse negari non possit, attamen ijs viribus, quas in Eu-  
ropā educere consuevit, minimè est exhaustus, sed nume-  
rosè ab ipso in Europa copiæ domi relictæ, ita vt sufficiètes  
vires in campum educere, quàm commodissimè possit. In-  
primis cū Tartarorū gens numerosa, quæ ad minimum  
centū millium equitū efficere potest, ipsius auspicia sequa-  
tur, vna cum Rege circa mare hoc etiā tempore excubet.

Fœdus igitur amplectendum, non vt in viscera nostra  
aliorum ferro ipse crudelissimus, sed quo alienas fraudes,  
promptius, celeriùsq; comprehendimus, eò hac ratione par-  
tā, consilio, seueritate, publicis ceruicibus imminens exi-  
tium prudenter & fortiter amoliamur. Cum in primis oc-  
casione data hostium voluntas certa, nostrum periculum  
grauè, cū modus seruos nostros impedièdi expeditus sit.

Et posito quòd Domus Austriaca, quæ antea actis tem-  
poribus sub imagine pietatis, & famā belli Turcici, Ger-  
maniam grauissimis exactionibus crebro diuexarat, &  
posthabitā Christiani nominis reuerentiā, aucto terrore,  
infidelium patriam exhaurire non erubuit. Præter ipsam  
tamen necessitatem, infinitæ sunt rationes, illæ quæ piæ &  
sanctæ, ob quas Confœderati omnibus modis annuere de-  
beant, vt certo pacto seu fœdere Ottomanicum Impera-  
torem, solenni etiam ad hoc missâ legatione, partibus suis  
obligare possint. Hic enim quo potentior, & cæteris vici-  
nior, eò magis hosti formidabilior futurus erit, & maxi-  
mum commodum huic nostro fœderi accedet.

Verū inceptu opus est, & omni conatu agendum, vt  
quantò citius legatio talis decernatur, quam tantam apud  
Imperatorem auctoritatem, & pondus habituram, sua  
Ser.<sup>ma</sup>. Cels.<sup>do</sup> promittit, vt certò sperandum sit, eam facile  
in hoc fœdus consensuram, in quod sua Ser.<sup>tas</sup> legatum ef-  
set expeditura.



In summa cum hoc negotium tanti momenti esse animaduertit, vt absque maximo Reipublicæ incommodo, & rerum agendarum impedimento prætermitti nequaquam debeat, intermittere etiam Ser.<sup>ma</sup> sua Cels.<sup>do</sup> non potuit, quin certum hominem ad Budensem Præfatum transmitteret, per quem & voluntatem eius in hac re tentaret. Quod si nunc sua Ser.<sup>tas</sup> de Confœderatorum hac in re voluntate certior fieri posset, idem etiam Constantinopoli apud præcipuum Aulæ Turcicæ hoc tempore moderatorem, per fidos homines quàm commodissimè actura esset, vt hoc pacto, & consilia explorata habere & voluntates etiam eorum in tempore præparare & disponere possit. Atque ita negotium hoc optatum finem sortiturum minimè dubitandum esse sua Ser.<sup>tas</sup> putat, dummodo Confœderati, tam salubri & præsentissimo consilio aures, voluntatésque præbere non dedignentur.

Interim tamen si in hoc præsentî negotio, suæ Ser.<sup>tas</sup> ope, & seruitijs vti Confœderati desiderant, ante omnia inceptum fœdus ad finem perducatur, tabulæque quibus & sua Ser.<sup>tas</sup>, comprehendatur, quanto citius conficiantur, & erigantur, hæc afflcta Respub. cum exigat, tum Ser.<sup>ma</sup> sua Cels.<sup>do</sup> propter ingentem locorum distantiam, itinerumque pericula, quæ forsân vltiorem Legatorum expeditionem impedire possent, valde regat,

Secundò cum hæc in Imperio bella, statumque totius rei, altius secum Ser.<sup>ma</sup> Cels.<sup>do</sup> perpendit, & quid magis vtile & hosti maiori incommodo esse possit, secum considerat, longâ rerum istarum experienciâ edocta, & consultiſſimum, certissimumque esse iudicat, vt vbi præcipua belli causa, eò etiam omnis vis transferatur.

Quamdiu enim in longinquiorebus ab ea Regionibus, & in ipsiſ Romani Imperij visceribus bellum alatur, non adeò Cæsari noceri, quàm intétioni eius, vt scilicet omnes



Imperij Principes, ac vicini funditus intereant, ac minerentur, interitui palam, ac manifestum esse. Quid enim bella illa proximis hisce annis in Imperio Romano gesta effecerint? quid tanti sumptus expensi valuerint? quid denique tot fortissimarum gentium auxilia profecerint? ipsam experientiam docere, pulcherrimas Ciuitates, opulenta oppida, & florentissimas, omniumq; Imperij Prouinciarum ditissimas Regiones expilatas, dirutas, incendio flammisque consumptas & confectas esse, ad extremum & esse Principum & Statuum plurimos eò angustiarum & miseriarum redactos, vt ad rem familiarem etiam quotidiana necessaria vix magis supersint. Et ita qui rem comunè adiuuare debebāt, ipsi auxilio egere. Exteros sua quæq; priuata maiori ex parte prosequendo, remq; in longum trahi animaduertentes ad continuanda & præstada auxilia languescere.

Ad hæc cum loca pleraque & ditiones in Imperio ab hostibus occupatæ, validissimisq; copijs munitæ sint. Duces etiam expertissimi, & longa militia in Imperio inueterati, multi beneuoli, & Cesaris partibus addicti minimè defint, haud facile factu esse videtur, vt absque maiori virium conatu inde expelli, deiciq; possint, quam diu præsertim domi illius vires pacatæ, & subsidia supersint.

Illud igitur præ omnibus agendum, & vt maturiorem, facilioremque exitum res sortiatur, necessarium sua Ser<sup>tas</sup> existimat, vt quantò citius copiarum aliqua educantur, atque ipsum bellum in visceribus hostium geri aggrediatur. Quod eo etiam commodius, vtiliusq; futurum putat, eum isti populi maximè oppressi, & amissa omni libertate indignissimis modis hæctenus tractati fuerint, visis iustis copijs statim res nouas moliri, & grauissimum iugum excutere incipient, modo miles ab exercenda in eos insolentia contineatur. Et hoc pacto ex voluntarijs ijs, qui causæ nostræ fauent, exercitū, copiasq; nostras augeri, maiore belli molem



molem transferri, & hostes maxime consternari, viribusq; destitui videbimus. In Imperio à Statibus & Principibus spiritum resumendi, viresq; recolligendi, & sese cum fructu & affectu aliquo fœderi coniungendi spatium dabitur.

Accedit huc, quod inter Ser<sup>niff</sup> suam Celsitud. & ceteros confœderatos amplæ regiones hostiũ Imperio subiectæ interiaceant. Vires autem distractæ, & alterius auxilio destitutæ, periculo & incommodis haud careant. Quare & hic subueniendum, inprimis verò eum istarũ gentiũ vires, omnisq; militia in equitatu consistant & peditatu, cui non vi hæ nationes student, destituantur. In hac autem coniunctione & expeditione eiusmodi peditatũ, Phalæges sua Ser<sup>tas</sup> admodũ necesse habet. Ita si huic cõmuni negotio in auxiliũ venire debet, omnino eò laborandum erit, vt Exercitus aliquis iustus propius istis regionibus admoveatur, quo equitatu suo robur Germanorũ peditum adiungere, illiusque præsidio omnia aggredi, & effectum illũ quem optamus consequi sua serenissima Celsitudo possit.

Et quanquam in hunc finem à Sereniss. Dania Rege, pro temporis & exercitus eius statu copias obtinuerim, quæ sub generalis Mansfeldij, & Principis Ioannis Ernesti Saxonia Ducis ductu & regimine, eò viam ingressæ sint, attamen an numerus istarum vel ad fallendum hostem, vel ad penetrandum aptus, dies docebit. Interim iteratis viobus ad Ser. suam Cels. à me perscriptum, vt ille 20. Mensis Iulij in Silesia aduētum eius præstolantes, se sisturum sint. \* Locus deprauatus. Itaque admodum submisè rogare, vt ne vlla coniunctio ne sua discrimen vel periculum hisce causatum obici possit, properare dignaretur, fidemque meam reddere, ceteris etiam conditionibus postulatis modo satisfactum iri.

Quod cum nunc Ser.<sup>tem</sup> suam summo etiam cum suo periculo & incommodo haud neglecturam sciam, ita eò magis etiam mihi sollicitandum, & inelytis Confœderatis



annitendum erit, ne frustra hoc tantum iter suscipiat, & ante tempus absque vlllo Reip. fructu se hosti prodat, et si tam parua manu per hostes vadere non possit: validiore vt prorumpant, cum etiam vt suis exercitibus hostium copijs terra marique se opponant, atq; in eo anxie laborent, ne à tergo in istas regiones destinatum exercitum aggredi, & ab incepto reuocare possent. Atque ita hostes pluribus validissimarum gentium, potentissimorumq; Orbis Christiani Regum & Principum viribus distracti, in vnum suas conferre nequaquam poterunt. Sereniss<sup>a</sup> etiam sua Celsd<sup>o</sup> posteaquam omnia ita constituta animaduernerit, maiori alacritate conatus suos promouere suscipiet.

Tertio cum Regiones suæ Ser<sup>tas</sup> pecunijs & belli sumptibus non adeo nunc abundant, vt tanto exercitui alendo per se sufficiant, sua Ser<sup>tas</sup> etiã ferè quinquennis belli sumptus, sola omnium auxilijs destituta sustinuerit, vt hac ratione ærariũ eius magna ex parte defecerit, fateri cogitur se sufficiente ad hoc bellũ pecunia minimè prouisam. Itaq; subsidium aliquod à Confœderatis nempe 40. Millia Talerorum Imperial. singulis Mensibus durante bello, vt sibi præstetur, petere coactum esse. Vel multum cuiquam videri posse putat, si considerauerit, quod ad minus 40. Millia Hungarorũ militum, modò tutò hoc bellum suscipere sua Ser<sup>tas</sup> velit, conscribere, & continuò alere cogatur.

Regiones enim istæ cum ab hisce satis remota, & vnde-  
 quaq; hostibus & maleuolis sint cinctæ, ex ijs in persona cū ipso exercitus flore exire, illumq; per tot inimicorum, locorum spatia, inuias vias, asperos & perangustos aditus in hostile solum deducere, statum, patriamq; post tergũ militariibus hominibus nudatã relinquere, opinione sanè grauius esse quis non videt? Itaq; ea media necessariò exquiri debēt, quibus illarum indemnitati consuli, & etiam ex illis publicæ omnium vtilitati occurrì possit. Quod autem alia  
 ratio-



fatione fieri non potest, quam ut sua Ser.<sup>tas</sup> propter dictū exercitū, cum quo ipsamet ire contendit, tres alios aut maiores aditus custodiendorū gratia constituat, illōsq; circa Cassouiam contra Polonum in inferiori Hungaria contra Generalatum noue Arcis Archiepiscopalis, & Hungaros circa Tyrnatiām Casarianos Viennenses disponat. Ex quibus facile quisquis diiudicare poterit, quanto milite opus habeat, quōsq; sumptus vltra petiturū subsidium facere sua Ser.<sup>tas</sup> debeat.

Verum & in primis nulli magnum videbitur, si commodum & fructum, quem ex hac suae Ser.<sup>tas</sup> confederatione vniūti & Reip. Christianae sibi promittere possunt, maximum, certissimumq; qui secum \* fundauerit. Nemo enim hac tempestate propter locorum, Regionumq; situm, infinitasque alias commoditates, maiores vires, & robur suā Ser.<sup>te</sup> (pace aliorum dixerim) habet, mortale domui Austriae infligendi vulnus, ut taceam prudentiam, animi magnitudinem, alacritatem, notissimumque illius & sumum rei communis studium, ut hinc spes non possit esse, nisi certa magni alicuius boni.

\* Vox  
suspect.

Cum autem absque isto rerum agendarum neruo nihil ardui, & in bellis praesertim effici possit, rogat sua Ser.<sup>ma</sup> Cels.<sup>o</sup> ut de eo ipsi provideatur, & cum propter maximam locorum distantiam ita comode singulis mensibus transmissio illa, siue solutio fieri non possit. Ne autem ab eius defectu periculum aliquod incurrere, & irrecuperabile damnum pati necesse sit, Confederatos peramicè rogat, ut trimestre stipendium, hoc est 20. Millia talerorum per Cambium in Alba Graeca vel Constantinopoli deponatur, quae per Oratores & Legatos Christianorū Regum & Reipub. ordinariè ibi residentes absq; vilo defectu persoluantur, & nunc mihi ratione huius trimestris Cambij literas assignare, dignentur.

Hac



Hæc nisi fiant tum propter ipsam pecuniæ annonam tum propter rationes supradictas parum, vel nihil Ser.<sup>ma</sup> suam Cels.<sup>ma</sup> facere posse existimandum est.

Cum itaq; ex hisce Ill.<sup>mi</sup> ac Præpotentes Confoederati Belgij Ordines Serenissimi Principis mei consilium, & mens, promptumque & singulare Rempub. iuuandi studium æquissimæque conditiones appareant; Ser.<sup>mus</sup> etiam ac Poten.<sup>mus</sup> Daniae Rex nihil quicquam salutari magis consilio suscipi posse existimet, quàm vt pro cõmuni causâ coniunctio quanto citius perficiatur, cæteri inuitentur. Itaque quidquid hac ratione in communis rei, labentisque Christianæ Reip.<sup>a</sup> commodum & emolumentum cum Ser.<sup>ma</sup> sua Cels.<sup>ne</sup> reliqui Confoederati tractaturi conclusurique sint, ijs acquieturum, ac rata habiturum. Quantum etiam ad legationem ad Portam Ottomannicam mittendam, à cæteris minime se separaturum sub sigillo Regio promiserit, ceterisque etiam conditionibus quoad suam Ser.<sup>mam</sup> Regiæ M.<sup>ta</sup> personam, & quantum fieri potuit, adimplere studuerit, vt Illustrissimi Domini Ordines ex literis Regijs videre poterunt.

Nullum igitur est dubium, quin & vos in clytæ huius Belgarum Reip. status pro summo vestro in rem communem zelo, & singulari, totiq; Orbicognita prudentia, tum amice & prompte pro communi Orbis Christiani salute, & libertate (cui & vestra coniuncta satis) se suaq; offerenti Principi satisfieri vt possit, omni ope sitis annisuri. Et hac conceptâ spe cum Ser.<sup>ma</sup> sua Cels.<sup>do</sup> me expediuerit, tum conuenientem, amicamque resolutionem expectat.

*Illustrissimi ac Præpotentes Confoederati Belgii Ordinis*

*Officiosè Colens.*

*Non aliter stupui, quam qui lous ignibus ictus,*

*Vni est vite nescius ipse sua. Camerarius.*